

# B V L L A P A V L I P A P A E II.

De his quæ obseruare debent Iudices à Sede Apostolica delegati,  
in causis alienationum bonorum Ecclesiasticorum.



VM in omnibus iudicijs sit rectitudo iustitiae, & conscientia paucatis obseruanda, id multo magis in concessionibus alienationum rerum Ecclesiasticorum conuenit obseruari, in quibus de Christi patrimonio, & dispensatione pauperum, non de proprio cuiusque peculio agitur, vel tractatur. Quapropter oportet ut in examinandis huiusmodi alienationum causis, que à Sede Apostolica in forma, Si in eidem entitatem cedant, oneratis Ecclesiasticorum iudicium conscientijs delegantur, nihil fauor usurpet, nihil timor extorqueat, nulla expectatio premij iustitiam conscientiamque subuertat. Monemus igitur, & sub intermissione diuinij iudicij omnibus Commissarijs, & delegatis huiusmodi districte præcipimus, ut caute, & diligenter attendant causa, in litteris Apostolicis per supplicationes expressas, illasque sollicite exâminent, atque discutiant, testes, & probationes super narratorum veritate recipiant, & solum Deum præ oculis habentes, omni timore, aut fauore deposito, Ecclesiistarum indemnitatibus consulant, nec in laisionem, aut detrimentum earum decretum quomodo libet interponant.

Si quis autem Commissarius, vel delegatus conscientia sua prodigis, in grauamen, aut detrimentum Ecclesiaz, per gratiam aut timorem, vel fordes alienationi consenserit, aut decretum, vel auctoritatem interposuerit, inferior quidem Episcopo sententiam excommunicationis incurrit, Episcopus vero, aut Superior, ab executione officij per annum, noverit se suspensum, ad extimationem detrimenti Ecclesiaz illati nihilominus condemnandus, sciturus, quod si suspensione durante damnabiliter ingesserit se an diuinis, irregularitatis laqueo se inuoluet, a quo non nisi per summum Pontificem poterit liberari.

Is vero, qui dolo, vel fraude, aut scienter in detrimentum Ecclesiistarum alienationem fieri procurauerit, aut per fordes, vel impressionem, alienationis decretum extorserit, similem sententiam excommunicationis incurrit, nisi à qua per Romanum Pontificem possit absoluiri, ad restitucionem nihilominus rerum alienatarum, cum fructibus quandocunque de præmisâ consideriter condemnandus.

Volumus autem quod Legati, & Commissarij predici de pœnis constitutionis nostræ specificè moneantur, & in quibuscumque litteris, & commissionibus huiusmodi hoc statutum nostrum inseratur. Nulli ergo &c. Dat Romæ apud sanctum Petrum, Anno incarnationis Dominicæ 1455. Id. Ma.; Pont. nostri Anno primo.

ROMÆ, Ex Typographia Reu. Cameræ Apostolice.

decerimus, & mandamus. Quod si quis propriā nūtis immemor contrā pmissa facere præsumperit, possit ad eum per locorum Ordinaries, & iuratores hæreticæ præputatis ut de hæresi suspectum procedi. Non obstantibus Constitutionibus, & cōstitutionibus Apostolicis, ceteraq; contrarijs quib; sūcunq;

Volut-

ijs N

stirati-

sente

Anni

Nostri

que b

tes.

stolie

Cleric

prie

serua

canti

ciliat

tis co

hibe

ratu

us ill

juxta

præ

fau

pu

dim

& n

ab o

an

ter

No

audi

qui

nu

co

se

du

sp

Da

Po

ne

no

et

is

is